The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Conuersio r
cum uariis

Prima uigilia est puericia, secunda adolescencia, tercia senectus. Qui ergo in prima uigilia uigilare noluit, secundam custodiat ut qui conuerti a <u>prauitatibus</u> suis in puericia neglexit, ad uias uite saltem tempore iuuentutis euigilet, et <u>qui</u> ad uias uite iuuentutis tempore non euigilat, saltem in senectute resipiscat. Nam <u>quos</u> diu ut conuertantur tolerat, non conuersos durius dampnat.

Gregorius tractans illud in omelia: Et si in secunda uigilia <u>siue</u> in tercia.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^1 V^2 L^1 L^2):

prauitatibus] prauitate (*cor. intra*) B; qui] quid L^2; quos] quod M; siue] sue P V^1 V^2 L^1 L^2